

BS 1195

L3

V. 13

1891

## COMMENTARIUS

IN

# DANIELEM PROPHETAM.

### PROOEMIUM.

Daniel, nolis propheta, partim vaticinatur de successione quatuor monarchiarum mundi, scilicet Babyloniorum, Persarum, Graecorum et Romanorum : item de septuaginta hebdromadiis, de Christo, de resurrectione, de excidio urbis et orbis, de Antichristo, de iudicio. Unde Daniel apte Hebraice significat *iudicium Dei*; aut, ut S. Hieronymus verit, *iudicavit me Deus* : multiplicata enim Dei iudicia, presertim circa varios reges et regna, hoc opere describit. Partim historiam sui temporis contextit : scribit enim gesta ab anno 3 Joakim, regis Juda, usque ad 3 annum Cyri : quo etiam tempore floruit Jeremias et Ezechiel. Eodem tempore Romanis imperabat Ancus Martius, et Tarquinius Priscus ; Medis Astyages et Cyaxares, Babylonis Nabuchodonosor, Persis Cyrus, Lydis Croesus, Siculis Phalaris. Eodem tempore flouruerunt septem Graecae sapientes ; et nobilis tres poete, scilicet Stesichorus, Alceus et Sappho poesia : tunc etiam ceptum est colli Dodoneum oraculum. Denique tunc tria regna, Assyriorum, Iudeorum et Chaldeorum, tresque eorum metropoles, scilicet Nineve, Jerusalem et Babylon, overse sunt. Ita Pererius. Vide dicta Praefat. in *Ezechiel*. Qwest. II, in fine.

*Quibus primo*, quis fuerit Daniel? Responde rimo : Daniel ortus est ex tribu Juda, puta ex tirpe regum Juda, ut patet cap. 1, 3. Patria illi uit Bethoron superior, inquit Dorothaeus et Epiphanius, que est in sorte Ephraim iuxta Emmaus, distatque novem milia passuum ab Hierosolyma.

*Secundo*, Daniel puer captus est cum Joakin rege anno 3 regni eiusdem, qui fuit annus 1 regni Nabuchodonosoris, atque ab eodem duxus est in Babylonem. Pererius censet eum tunc fuisse decem annorum, Maldonatus viginti : idque verius sit, et satis colligitur ex cap. 1, 3 et seq. Unde sequitur natum esse Danihel sub annum 15 regni Josie regis Juda, qui fuit annus mundi 3320, ante Christum annus 630.

*Tertio*, Daniel cepit prophetare juvenis : juvenis, cuim iudicium senum peregit, in quo eos conicit, et Susanam pudicam a morte liberavit, ut

patebit cap. xii, 45. Quod enim aliqui putant duos fuisse Daniels, unum de tribu Levi, qui Susannam liberavit cap. xii, et draconem occidit, Belusque everlit cap. xiv; alium de tribu Juda, qui reliqua hujus libri gesserit et scripserit, falso sum est, ut ostendam cap. xiv, 50.

*Quarto*, interpretatus est Daniel somnum regi Nabuchodonosoris, tam primum cap. ii, quam secundum cap. iv, annum agens 35. Visionem cap. vii, habuit anno etatis 63. Visionem vero, cap. viii, vidit annum agens 65. Scripturam manus in pariete scribentis, annum natu 95, explanavit. Anno 97, qui primus fuit Darri regis Medorum, tempus Messiae adventus et mortis, 70 illis hebdromadiis cap. ix comprehensum, divinitus ei patefactum est. Visiones que memorantur in capitulo x et xi contigerunt anno 3 Cyri, id est anno Danielis 104.

*Quinto*, computat Pererius Danihel mortuum esse anno etatis 138. Natus est enim iuxta ipsum anno Josie 25, qui deinde adhuc regnavit sex annis, scilicet usque ad annum 31. Post Josiam regnavit Joachaz tribus mensibus ; post Joachaz, Joakim 11 annis ; post Joakim, Joachin tribus mensibus ; post Joachin, Sedecias 11 annis ; post quem secuta est captivitas Babylonica 70 annorum usque ad Cyrum : post captivitatem regnavit Cyrus 30 annis ; post Cyrus Cambyses 8 annis ; post Cambyses Magi uno anno ; post Magos Darus Hyrtaspis, cuius 1 anno (si credimus Isidoro, lib. *De Vita et obitu Prophet.*) mortuus est Daniel in Babylonie. Jam adde annos hos omnes, invenies 138 ; tot ergo vixit Daniel, Ita Pererius. Verum hec enormis est aetas hominis, et illo seculo iuganda. Unde alii censem Danihel non excessisse annum centesimum. Ipsorum putant captivitatem Babyloniam 70 annorum inchoandam esse non a captivitate Sedeciae, sed a captivitate Ieochin, ultra ostendit Jerom. xxix, 10 ; et ita hic demendi sunt anni undecim regni Sedeciae : illi enim in annis 70 captivitatem involvuntur. Rursum idem putant Cyrum post captivitatem non regnasse 30, sed tantum tribus annis ; ita ut eversa Babylone jam



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

factus monarcha, tantum 3 annis regnari. Unde et Daniel tantum primi et tertii anni Cyri meminimus, scilicet ab eversa Babylone: hanc enim sub finem vite erexit, uti docent historici. Demendi ergo sunt ex annis Cyri cap. 27, quibus durante captivitate Babylonica regnavit. Jam addit 27 et 41, habebis 38, quos denuo ex annis 138 (tot enim Phererius Danieli consignat), remanebunt anni 100 vite Danielis. Addit sacra Scripturam post 3 annum Cyri non meminimus Danielis; et Scriptura ergo tantum elicer possumus Danielen vixisse 91 annos; tot enim sunt a 25 Josie ad 3 Cyri. An, et quantum ultius vixerit Daniel, non liquet, nisi quod Isidorus eum vixisse dicat ad initium regni Hystaspis; quod si verum est, sequitur Daniel ad centesimum annum perligere. Haec iuxta Phererium, qui censem Danielis decennem fuisse, cum diebus fuit in Babylonem : verum verius est cum unu fuisse 20 circiter annorum: unde 10 annis vite eius addendi sunt; ita ut natus sit anno Josie, non 25, sed 15. Id patebit Daniel. xiii. 43. Quare si Daniel mortuus est anno 3 Cyri, mortuus est anno 100 etatis primo: si anno 1 Daniil Hystaspis, mortuus est anno 100 etatis centesimo undecimo. Hinc patet errare Chronicum Alexandrinum, sive Fastos Steviani, dum mortem Daniels consignamus anno 1 Cyri, aliquid enim 100 annis tantum prophelasse.

*Queres secundo, qualis et quantus fuerit Daniel?* Respondeo *primo*, fuit chronologus illius anni certissimus et celeberrimus. *Secondo*, fuit vir omnium hominum illius saeculi sapientissimus, et in omni scientia, etiam Chaldeorum aliorumque Gentium, versatissimus: adeo ut, cum tantum 38 esset annorum, Nabuchodonosor et reges omnes sapientiam, quasi oraculum, suspicerent; ita ut rex Tyri, qui se sapientissimum reputabat, Daniel tamen se comparare non auderet. *Hoc enim est quod irridens per sarcasnum ei obiicit Ezechiel*, cap. xviii., 3: « Ecce sapientior es tu Daniel, omne secretum non est absconditum a te, ut ibi ostendi. Porro hanc sapientiam meam Daniel sua abstinentia, ut patet cap. 17.

*Tertio*, fuit Propheta, et somniorum omnium divisorum (id est a Deo immossum) interpres.

*Quarto*, fuit princeps et rector totius imperii et monarchie Babylonicae, ut patet cap. n. 48. *Plinius*, lib. VII., cap. xvi., Calomen tribus dotibus praeclavis assert, quod fuerit « optimus orator, optimus imperator, optimus senator »: et pluribus precluevit Daniel.

*Quinto*, fuit caelebs, et libidinum virginitatem ad mortem usque servavit, uti omnes consentiunt: imo Damascenus, libro IV de Fide, cap. xxv., sit proper tantum castitatem Danielen a locum secessit, quam tres pueros ab igne Babylonico fuisse aviolabiles.

*Dices: Ezech. xiv., 14 et 16, dicitur: « Si fuerint tres viri isti in medio eius (Ierusalem) Noe, et Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas, etc.*

ne filios, nec filias: » ergo Daniel habuit filios: ergo non fuit caelebs. Respondeo, *prima*, hanc propositonem esse conditionalem; aut enim: Si Daniel, Noe et Job haberent filios, et pro eis orarent, Deus tamen non exaudire eos, esetque inexorabilis. Respondeo, *secundo*, *filios et filias* respective referendum esse ad Job et ad Noe, qui haberent proles, non ad Danielē, qui nullas habuit; ut sit syllēsis, quidam sit apud Matthaeum et Marcum, quando ait discipulos effuso unguento miruressse, cum Joannes solum Judam murmurasse testetur: et apud Mattheum, quando ait latrones in cruce Christum blasphemasse, cum Lucas unum tantum blasphemasse dicat.

*Sin sexto*, patet sanctitas Danielis, eo quod a

Deo apud Ezechielis comparetur cum Noe et Job qui fuerunt sanctissimi. Tres ergo in orbe quasi sole justitiae existentur, Noe, Job et Daniel. *Ibi nota*: Cum hoc dixit Deus, Daniel vivebat, eratque tanum 34 annorum, et dixi Ezech. xiv.

*Septimo*, Daniel non tantum sue, sed et aliorum salutis et perfectionis fuli amantissimus: inde enim vocatur « vir desideriorum », cap. ix., 23; inde orans pro populo, ei redditus et captivitate Babylonica tum a Deo, tum a Cyro impetravit. Permanens enim Daniel in principatu et praefectura usque ad Cyrum, qui 4 annos suo monachio Iudeos et captivitate dimisit. Inde denique tempus Christi redemptoris, epusque nativitatis et passionis abbreviari perficit et impetravit, cap. ix., 24.

*Octavo*, fuit martyr: ob piatem enim et invocationem Dei Hebreorum, missus fuit in lacum Iessus, idque bis: est Dei opere inde evaserit Iesus. Sic enim et S. Joannes a Patribus vocatur martyris, eo quod in dolium fervore eius sic immisus: est inde illos, Dei gratia, exierit. Quin et in veluto ille codice Basilii Porphyrogeniti imperatoris imaginibus et litteris aureis exarato, qui exstat in bibliotheca Vaticana, Daniel cum tribus pueris sub Attalo capite plaxis depingitur, et subiecta scriptura historie narratur. Cujus rei fides sit penes ipsum: nam nullus veterum Patrum vel historiorum, quod sciunt, hoc memorie prodidit.

Denique Daniel vixit et mortuus est in Babylonie: noluit enim redire in Iudeam cum Esdra et aliis quibus redditum a Cyro impetravert; tum ut Iudeorum salutem et negotia apud Cyrum promovet; tum ut Judeorum, qui in Babylonie plurimi remanebant, director et protector esset, inquit Theodoletus in cap. x. De multis et miris prodigiis, quae Daniel ante mortem predixit Babylonis, stupenda habuit Dorotheus in Syntagma, et Epiphanius in Vita Danielis, quorum fides sit penes ipsos. Sepulitus est Daniel in quadam caverna Babylonica regio honore. Relatus est ab Ecclesiis in catalogum Sanctorum, ejusque dies natalis in Martyrologio notatur 21 Iulii. Addit Dorotheus: Edit et aliis regibus Persarum multa portenta, quae scripta non sunt: mortuus est in Chaldea, et in

sepulcro regio solus cum honore sepultus. » Narrat Josephus, lib. X Antiquitatum, Danielē apud Ecbatana Media turrim eximiam edificasse, ut in ea sepius reges Medorum, Persarum et Parthorum, ejusque turris custodiam uni de sacerdotibus Iudeorum credi et committi. « Edificavit, inquit Josephus lib. X, sub finem, apud Ecbatana Media turrim, opus pulcherrimum et singulari admiratione dignum, quod in hodiernum usque diem durat, et spectabiliter recentissime structure videtur, perinde ac si ea ipsa die qua spectatur, esset absolutum: tantum novitatis speciem, etiam integrum pulchritudinem habet, nihil omnino a longo tempore lesam, præter aliorum edificiorum consuetudinem. Mos autem durat usque in praesens tempus, ut in ea turri sepius reges Medorum, Persarum et Parthorum, ejusque custodia sacerdoti Iudeaci generis hodie concordit. » Ante Danielē enim regum Persarum seputula erat Persepolis, teste Strabone, lib. XV, et Diophoro Siculo, lib. XVII. Cyrus vero sepulitus fuit in Pasargadae castello in loculo aureo, ait Ariannus, lib. VI, cum haec inscriptione, ait Onesicritus: « Κύρος ἦν αἰρετός βασιλεὺς βασιλέων πολέων. »

*Quemque tertio*, quoniam est huius propheticus Danielis anterioris, obscuritas et præstantia? Dico *primo*: Semper hic liber apud Hebrewos et Catholicos habuit est canonizans, demptis quatuor partibus, scilicet oratione Azaria, hymno trium purorum, historia Susanna, item Belis ad draconem, de quibus suo tempore dubilaverat Origenes, Eusebius, Apollinaris, qui historias haec vocant fabulas, eo quod in dolum fervore eius sic immisus: est inde illos, Dei gratia, exierit. Atque Eichornus quidam, hoc quod Daniels nomine gerit volumen ex diversorum postissimum anteorum monumentis collatum judicat, quorum alter recte vicissitudine ab inclinante ad fiam regum Chaldaeorum usque ad mortem Antiochi Epiphanius per modum vaticiniorum a Danielis editiorum expponit; alter que de Daniels quibus omnibus suis sat narratim in ore vali propagatis consignata reperiuntur in variis scriptis minoribus, collegiis et tantum laicorum historian capitulis sex prioribus comprehensionem præmissis illis vaticinat. Bertholdius vero tot esse statuit libri auctores, quos sint omnes singulare partes, *nam videlicet*; etate diversa esse omnes, locaque, qui prodierunt nomina illa.

Verum enimvero, inquit Rossmohler cum Gesenio, De Wette, Bleek et Kerven, quicunque sine præjudicio opinione librum hunc legem aggrederetur, per totum unius modi sive similem orationis communem, stylum, eloquentiam deprehendat. *Secondo*, que Daniel accidit et ab eo facta narrativa sibi invicem ita sunt similares, ut ab uno eodemque auctore ea confiteat esse separata. Scimus que Magi explicare nequeunt Daniel interpretare, cap. n., 4: portentosam in parte scripturam, v. 6 et seqq., quam Magi nequeunt legere, legit et explicat Daniel. Oblato prodigioso viso, an apparente sibi angelo, Daniel animo perturbatur et tremore convexus pronus in terram concidit, vii., 13-18; viii., 17, 18, 27; x., 9, 15, 16, 17; sed ab angelio tanta sollicitus et erigitur, viii., 15; x., 10, 16, 18, 19. Explicatorum somniorum et visiorum Daniel amplissima fuit premia, splendissimisque cumulator monieribus, n. 48, 49; v. 29; vi., 29. Soci quoque Daniels (quae furcatae illæ eriguntur ad maiores dignitatis et honoris exadunantur, n. 30. Proceras et semper easdem partes per totum librum sustinent angelos, n. 25, 28; vi., 23; vii., 16; viii., 13, 14, 16 et seqq.; xi., 21 et seqq.; xii., 5 et seqq.). *Tertio*, unus exmodique illius anteriorum arguit portentum, quod singulari libri partes ita inter se coherentes, ut posteriores capi resipient ad priores, atque ex his lucem accipiunt. Ita quod

(1) Et est prophetarum Daniels natura, ut facile intelligatur eas a rationalistis Interpretibus eandem modo impugnatas. Et revera, nullum futura eiam remissima, familiare et aperte presuntata sunt, ita ut rerum gestarum narrationem potius quam predictiones ligare tocent.

Porro omnibus patet hujus libri momentum et premium ad uitium max resurgenda esse, si, ut per certo affirmant, omnes recensorum temporum rationalistis Interpretes, post Antiochi Epiphanius mortem litteris consurgunt esse, et falsi Daniels nomine inscriptum fuissent uti. Igitur, eo majoris est momentum authenticitatem Daniels vindicare, quod a pluribus Germanicis critici expressa negant, li sunt, ut primarios tantum in

PROLEGOMENA IN DANIELEM PROPHETAM.

tuaginta, sed Theodotionis heretici ebonitiae. Post S. Hieronymum vero usus est Ecclesia ejusdem Hieronymi versione ex Hebreo : que autem in He-

cap. iii, 12, Chaldei Nabuchodonosori dicunt, esse Iudeos quodam ab ipsis nonnullis regni sui provinciis prefectos, eo respecti, quod n. 49, Sidrach Misach, et Abdenago legimus Daniellis rogata a rege provinciarum quoniam gubernatores constitutos esse, cap. v, 2. Balthasar rex narratur alteri jussisse vas que Nabuchodonosorus eius pater ex Hierosolymitanis templo adduxerat, quod ipsum i. 2, commenstratum est, etc., etc. Idem dicendum est de visionibus que optime inter se concordant. Cf. cap. viii, 4, cum cap. viii, 19, cum viii, 16 et seqq.; cap. x, 12, cum ix, 23. *Quarto*, ut vere jam observavit Marshamus (*Chron. critic.* pag. 610, edit. Lips.), prophetica libri pars, sive posteriora sex capitula, quantum illius visiones continent, quibus res quidem una eademque, sed diversi modis indicant. Idem angelus sequens appetit, et rem eandem iterum iterumque denuntiat. Idem pene est visionum omnium subiectum, que mutuam invicem lucem sibi afferunt. Quae prius breviter, deinceps clarus et particulariter explicantur.

*Quinta secunda.* Danielum esse auctorem libri qui eius nomine fertur, probatur ex una parte, *traditione populi Iudacit* testimonio Josephi confirmat, licet illud testimonium in dubium revocare militantur Rationalistae, a B. de Sainte-Croix et ab Hengstenberg ceterorum confutati; *insertio hebrei libri in Iudeorum canonem*, qui quidem, ut ab omnibus scitur, sub Esdra institutus est; *testimonio Iesu Christi et apostolorum*, qui vaticinia in hoc libro condita sub nomine Danielis in medium attulerunt; *Ecclesiastici auctoritate*, qua ut canonicum et divinitus inspiratum Danielis liber semper habuit. Aliunde idem evincunt congruentia hebrei libri cum indeole auctoris et tempore ad quod referunt, et quod nihil in eo reputari quod non conveniat tunc Danieli, nato Hebreo, in Babylonie aude educato, lingua Chaldaica tantopere variat, ut diversus auctores inde colligantur. *Nono*, tandem Danieli, inquit, non nisi tribuisse emenda quip. i, 20; iv, 15; v, 3; vi, 11; xi, 23; x, 11, leguntur.

Summatis ad unamque difficultatem generalem responsionem subiungimus, quae cuique suo loco feliciter solvent, panisper diffundere.

Ad *primum*: non semper hunc locum in ecano Judeorum obtinet liber Danielis. In versione Septuaginta inter prophetas post Ezechielis collocatur, sicut in canonicis Iudeorum qui apud Josyphum, Melitem, Sandecensem, S. Epiphanius, et Origensem legitur. Inter seculo quartu duxit. Danieli inter hagiographos collocatur, majorum sanctorum neglecta doctrina, ut Christianis armis eriperent, quibus expugnabat. Frivole enim praetendebant Prophetam in eis versari non debere, prout Daniel in sua versatura fuerat, et veri propheta (hebrei Νῦν, νατ) immixta non adimpleret, etc., etc.

Ad *secundum*: Auctor Ecclesiasticus non sibi animo propositus omnes viros illustres seu genitis laudare; tunc enim nullum omnino praetermissem. Porro non solum Esdram, Mardochaeum, sed ipsum Iesum omittit. Illos igitur tantummodo laudius extollere voluit, vel prophetas qui de civilitate Babylonica vaticinata fuerant, vel illos illustres viros qui inter Hebreos viva degenerant. Ceterum, si paululum urgenter istud argumentum, ex silentio auctoris Ecclesiastici separamur: nullus huius virum tempore captivitatis, qui nomine Danielis vocatur, quod a nomine admitti potest.

Ad *tertium*: non solent Evangeliste suscipere inventioes vel cogitationes divinis Magistris verbis inserere; aliunde contra omnes sanctioris criticae regulas concludetur, ita voces, a *Dante propheta* non esse authenticas, eo quod in Evangelio S. Luce non legitur. Denique accommodationis sistema, juxta quod Jesus ex recepta contanerum sententiam locutus fuisse, plane reficiendum est, cum aliquis gravissimis erroribus inde sequetur, quod hic tum maxime eveniret, scilicet ipsiusmet Christum impostori, veri Dei propheta dignitatem vindicasse, falsa vaticinata post eventum confusa in medium attulisse ut prophetam vere divinam, et que sua intelligentiae dono comprehendi nequerit. Alter ratiocinandum de loco S. Judae, qui non librum citat, sed prophete-

PROLEGOMENA IN DANIELEM PROPHETAM.

obscuritate et praestantia. Obscuritas, primo, patet ex varietate tum chronologis, tum historiae tam antique, et in eis cum historiis gentilium (qui sepe ab his diversa, immo contraria narrant) conciliatione. Unde S. Hieronymus ad intelligentiam Danielis ait necessariam esse omnium historiarum, tam Latinorum, quam Graecorum et Chaldeorum cognitionem. *Secundo*, ex ea quod in Daniele cerebra sit hysterologia, et preposterior ordo. *Tertio*, quod Deus studio voluerit scripturam Danielis esse obscuram: ait enim cap. xi, 4: « Tu autem, Daniel, claudie sermones, et signa librum. »

tiam Enoch, que decursu temporum in hunc apocryphum librum inserit potest.

Ad *quartam*: admissa est in miraculorum possibilitate, et existentia ex certis testimoniis stabilita, nec non eorum fine Deo digni propositi evanescit ista opinio, cum prodigiorum quia in libro Danielis referuntur veracitas certo demonstraretur, et eo spectanti tum ut Iudeus in fide veri Dei confirmatus, hos ab idolatria ad quam tempore captivitatis prout erant, avertendo, tum ut nequam animum corruebantur in persecutione Antichri Epiphanius, tum ut Daniel maximam anctioritatem, sibi populi gratia, apud reges babilonienses et presertim apud Cyrus, subiunxit conciliare.

Ad *quintum*: quod aliqua Danielis vaticinia clariora sunt multo prophetis aliorum prophethiarum, repetendum est tum ab ingenio Danielis robustus magnis et politici aserto, quo visiones de sorte regnorum securae perspecti, tum ex quo eventum predictorum historias accuratas et minutissimas earum habemus, tum ex quo quod solutione oratione ista vaticinia scripta sunt, tum ex fine ipsius prophetie, qui semper populi Dei necessitatem accommodari debet. Atque tum temporis, ministerium prophetice jamjam ad finem verget, et Judei, tum ad crudelium Antiochi Epiphanius persecutionem, tum ad proximum Messias adventum, per clariores predictions preparandi erant. Ceterum Danielis vaticinia tam clara non esse, sat liquet e varia ratione doctorum illa explorandi.

Ad *sextam*: falsum id est; prophetia enim de nascituro Messia multis circumstantiis vestita sunt. Idem dicendum est de visione quarti imperii quae ante Antichristum Epiphanius adiuncta non fuit, sicut falso praetendent adversarii, utpote quae imperium Romanum, ut infra demonstrabimur, praefiguntur.

Ad *septimum* respondemus, ubi queque hebrei difficultates partes in divisione libri cap. i, 1, cap. vii, 1 occurserunt.

Ad *octavam*: hinc assertio, ut bene notat Jansenius, est a veritate alienissima; nam lingua captionis hebraeorum ubique est ead: τόπος, ut et lingua chaldaica caption chaldaico scripta est. Si etiam aliquis lingue diversas cooccurreat, illi, provenire posset a diversitate circumstantiarum atatis, etc., in qua Daniel scripti. Unicum totius libri Danielis auctor esse, sat liquet, quod oblique eadem est scribendi ratio, et quod res posterius relata ad res precedentes collimat.

Ad *novenam*: si hoc argumentum valeret, inquit idem auctor, nullus auctoribus profatus sua opera adjicicandae essent, in quibus referunt quid alii de illis senserint et dicent. Daniel locis citatis simpliciter narrat qualis visus fuenter Nabuchodonosori; quid ute rex, regina, Darius Medus, etc., de illo senserint, et quomodo angulus illum appellaverit: hoc vero tam arte colligata sunt rebus aliis, quas recenset, ut illa omittere nequerit. Cf. Ezechiel. cap. xiv, 14, 18, 20, et cap. xxviii, 3.

Dico *tertio*: Praestantia hujus libri patet *primo*, ex praestantia auctoris, de qua jam dixi. *Secundo*, materie praestantia, quae *primo*, historica est; narrat enim gesta 80 annorum, scilicet ab anno 3 Joakim usque ad 3 Cyri: gesta, inquam, Chaldeorum, Medorum et Persarum. Unde S. Hieronymus, epist. 103 ad Paulinum, Danielem vocat omnium temporum cognitionem. *Secundo*, ex ea quod in Daniele cerebra sit hysterologia, et preposterior ordo. *Tertio*, quod Deus studio voluerit scripturam Danielis esse obscuram: ait enim cap. xi, 4: « Tu autem, Daniel, claudie sermones, et signa librum. »

Ad *quartam*: admissa est in monarchiis singulis, praesertim in regibus Syria, Seleucis et Antiochis, corrumque eversiones et successiones; item predicti ortum, necem (cuius annum solus Daniel definitivit, et 70 hebdomadibus determinavit), et regnum Christi: resurrectum Hierosolymae et Iudeorum desolationem; dominica resurrectionem universalem omnium. *Tertio*, dogmatis est, itemque moralis; pulcherrima enim documenta et exempla virtutum suggestit, ut castitatis in Susanna, fidei et constantie in tribus peris, abstinentiae et devotionis in Daniel, humilitatis in Nabuchodonosore transformato in bestiam, temperantiae in Balsasare ob ebrietatem occiso. Denique iudiciorum et providentie Dei clara hic passim eluent testimonia. Haec de causa Hebrei Danieliem non inter Prophetas, ut Latini et Graeci, sed inter hagiographa referunt.

Nota: Scriptus est hic liber initio, scilicet a cap. ii, 4, usque ad finem cap. vii, chaldaicus: recentem enim Chaldaeorum gesta et dicta. Deinceps scriptus est hebreice, idque ab ipso Danieli, ut patet cap. viii, 1, et cap. ix, 2, et cap. x, 2, et Matt. xxiv, 15. Perperam ergo id negavit non tantum Porphyrinus apud S. Hieronymum hic, et Anabaptistae nunc: sed et S. Isidorus, eo argumento, quod Daniel subinde de se loquatur in tercia persona. Verum hoc argumentum frivolum est: nam Hebrewis id est familiare, ut patet Isaiae 1, 4; Jerem. 1, 1, et alibi.

Quares *quarto*, quis est scopus hujus libri, et quemque eius partito? Respondeo: Scopus est regnum Christi describere, quod cap. vii facere incipit. Nam et historie regum Babylonis, Medorum et Persarum, que primis sex capitibus proponuntur, et reliqua, que cap. viii et viii, et x, de quatuor regnorum vicissitudine dicuntur, eo perficiuntur, ut omnia alia regna puritatem, solum Christi regnum perpetuum fore intelligamus.

Hinc patet libri partitio. Tres enim sunt ejus partes: *prima* sex primis capitibus continetur, quibus res gestae Danielis, et trium puerorum eius collaudantur. *Secunda* sex alia capita comprehendit, quibus de regno Christi et Antichristi agitur, de uno regno Dei, et multis regnis mundi, alii in alia transferendis. *Tertia* est diobus extremis capitibus, ubi Susanna et Belis historia traditum est.

Porro alias Danielis de Babylonis et mundi ex-

cidio prophetas recenset Epiphanius in *Vita Danielis*, et ex Dorotheus in *Synopsi*. Audi Epiphanius : « Ille Propheta (Daniel) in celsis montibus Babylonis monstrum amicavit, dicens : Ubi cernetis monitum ex parte Boreae fumo denigeratum, pro foribus Babylonis terminus imminebit. Quando vero ipsum flagrantem igne videbitis, aderit totius orbis finis. Sed, cum ad meridiem mons aquas propellat, remebat populus in patrium solum, et condefat Ierusalem late, campaque patenfere, sicut factum est per Jesum Pontificem, et per Salathiel. Quod si denique mons iste sanguine eruentus manat, stragem portendit ipsius Beli in toto orbe. » Belus videtur esse Antichristus. Verum horum fides sit penes ipsum.

Allegorie Daniel, uti et ceteri prophete, fuit typus et imago Christi. Nam, primo, Daniel, abducens in Babylonem factusque servus, antitype representavit Christum, qui e celo in mundum hunc confusione plenum, per incarnationem descendit, formam servi accipiens.

Secundo, abstinentem Daniel figuravit Christum abstinentem, pauperum cibo et modo viventem ac jejunantem per 40 dies.

Tertio, Daniel propheta, somniorum interpres et mortaliū sapientissimus, fuit idea Christi, qui est princeps Prophetarum et Sapientia Patris, tum increata quia Deus, tum creata quia homo, qui arcana hausti in simu Patris nobis enarravit, et eructavit abscondita a constitutione mundi.

Quarto, lapis abscessus de monte conterens statuā quadriformē, quam vidit Daniel, cap. II, est Christus de Virgine natus, et virtute Spiritus Sancti quasi abscessus, qui contrivit quatuor regna idololatraruū, sumumque regnum celeste gratie et gloria induxit, et toto orbe propagavit. Rursum Daniel a rege prefectus toti Babylonie figurat Christum, qui a Patre qua homo prepositus est toti mundo. Unde ipse dicit, *Matth. xxviii.* : « Data est mihi omnis potestas in celo et in terra; » ideoque in femore scriptum habet : « Rex regum et Dominus dominantium, » *Apost. xii. 16.*

Quinto, Angelus similis filio hominis, qui tres pueros in fornace Babylonica illesos servavit, Daniel, III, figura fuit Christi, qui nos ab igne gehennæ, æque ac concepcione liberat.

Sexto, Daniel cap. IV, interpretans somnum arboris succisæ, quod scilicet superbus Nabuchodonosor regno privandus, et ad bestias relegandus esset, significat Christum, qui superbos humiliat, et humiles exaltat, quique superbos imperatores Romanos, et rages toti orbis dominantes sue fidei et crucis cervicos submittere compulit.

Septimo, Daniel cap. V, per mane, *tekel, phares*, intentans impio Balassari vite et regni excidium, allegorece est Christus impius intentans mortem, iudicium et infernum.

Octavo, Daniel cap. VI, quia adorabat Deum, ab emulis satrapis accusatus, et missus in lacum

leonus, significat Christum, qui ob Dei Patris obedientiam et cultum, a Iudeis invidis et sanguinibus instar leonum ad cruentum et mortem adactus, in lacu sepulcrum quad corpus, et in lacum inferni quoad animam descendit. Sed sicut Daniel e lacu eductus, et vita quasi restitutus est : ita et Christus tertio die a morte, sepulcro et inferno gloriose resurrexit.

Nono, Daniel cap. VII, vidit antiquum dierum, id est Deum Patrem, in solo maiestatis sedente, filio hominis, id est Christo veniente in nubibus cœli, dare regnum et iudicium, ut prototter Antichristum cum suis ascelis ; clavis omnes populi, tribus et lingue ipsi servant, ac potestas ejus sit potestas aeterna quia non auferetur : regnum aeternum, potestas et magnitudo regni, quo est subter omne cœlum, defut populo (christiano) sanctorum Altissimi, cuius regnum sempiternum est.

Decimo, Daniel cap. VIII, vidit bircum, id est Alexandrum, Antiochum, et Antichristum contra arietem, id est contra Darium, et contra Christum Christicte fideles, tam Iudeos quam Christianos, mites et mansuetos, corruantem, eosque ad necem persequentes.

Undevicesimo, Daniel, cap. IX, audit annum adventus Christi, scilicet quod 70 hebdomades abbreviate sunt usque ad Christum ducent, ut finem accepit peccatum, et delectat iniquitas, et adducatur justitia semper, et implatur visio et propheta, et unguntur Sanctus sanctorum. Et post hebdomades 62, occidetur Christus : et non erit populus ejus, qui cum negatur est. Confirmat autem pactum multis hebdomada una : et in medio hebdomada defiecit hostia et sacrificium ; et erit in templo abominatione desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desatio.

Duodecimo, Daniel, vir desideriorum, portendit Christum desideratum a cunctis gentibus ; proinde fuit desiderium collum eternorum, quicquid immenso zeli et procuravit omnium hominum salutem.

Dicomo tertio, Angelus vestitus lineis, accinctus auro obriso, cujus facies quasi fulgoris, oculi ut lampas ardens, etc., quem vidit Daniel cap. X, representat Christum, ut patet *Apost. I. 13.* Vide ea que utroque dixi. Rursum Christus est, qui ibidem Michaelem, Gabrialem aliquos angelos Ecclesie sue prefecit, ac fideliū curam et tutelam eis committit.

Dicomo quartu, bella inter reges Aquilonis et Austri, que vidit Daniel cap. XI, notant bellum infidelium contra fideles, et Antichristi contra Christum : bellant enim fideles, non occidendo, sed moriendo fortiter pro Deo et Christo. Unde ait vers. 31, quod ad breve tempus anfueretur ab Antichristo iuge sacrificium, et dabitur abomination in desolationem. Et docti in populo docebant plurimos, et ruerunt in gladio et in flamma, et in captivitate et in ruina dierum, ut confundentur, et

elegantur, et dealbentur usque ad tempus presulnitum, scilicet usque ad tres annos cum dimidio : quibus exactis, Christus Antichristum cum suis ascelis profligabit in Apadno, et nemo auxiliabitur ei.

Dicomo quinto, Daniel cap. XII, vaticinatur quod per Christum omnes de his qui in pulvere terrae dormiunt evigilabunt, alii ad vitam aeternam, alii in opprobrium, et videant semper. Qui autem docti fuerint, fulgebant quasi splendor firmamenti : qui ad justitiam crudum multos, quasi stipe fine accepit. Quae omnia ita ut predixerat evenerunt. Basilicum imperatorem hereticum ad pedes suos procumbentem, sed ficto, incepavit, vocans eum novum Diocletianum, cumque imperio privandum predixit. Obiit octogenarius, cum stetisset in columna viginti novem annos, anno Domini 489, coram multis, et cœlo visitantibus eum, Sanctis et Angelis. Cyrus prefectus, cuius uxorem et filiam a demone liberata, hoc columnam ejus epigramma insculpsit :

« Hic stat vir, qui ventos quibus undique impetrat, non timet : ambrosia autem uitior alimento, et sitis est expers humanae. Aliis vero radiis fundavit iedificationem, columna duplice. Est enim radix Simeon, Filium predicanis matris corruptionis expertis. » Simeonis meminit, quia ejus imitator, et quasi discipulus et successor fuit Daniel. Utique ergo orbis fuit miraculum et portentum. Quocirca Daniels Styliæ sanctitatem et miraculis, Lazorum rex ab idolatria ad christianismus est conversus, uti docet Baronius anno Christi 322. Fuit enim ipse plane instar nostri Danielis thaumaturgus, potensque tam opere, quam oratione et sermone. Quapropter super loculum ejus, dum sepietur, tres crux per stellas efformatae, cum dies esset et sol luceret clarissimus ; insuper et columba candidissime apparetur. Rursum, illi quoque imposita fuerunt reliquiae trium puerorum, qui erant Babylonie ; cum sic iussit Sanctus, ne tam illius reliquias, quam eos qui erant ei impositi adorarent accidentes : fugiebat enim omnem humanam gloriam. Hac et plura habet ejus Vt 11 decembri (1).

(1) Principi interpretates Danielis sunt, in' er catholico, S. Hippolytus, S. Ephrem, S. Ieronymus, Theodore, et ex recentioribus, præter Cornelium, Gasparius Santos, Pererius, Hector Pintus, Celada, Jacobus Veldins, Deraserius, etc. ; ex aethiopis, omnes qnas ut authenticitatis sive impugnatores sive propagatores supra indicavimus, quibus addere licet Christ. Bened. Michaelis *Annotaciones philologico-expositas in Danielem*; Hermann Venema *Dissertationes ad criticam Daniels emblematicam*, etc. ; Augusti Varenii *Collegium canonicum quatuor novissimorum veteris Testamenti prophetarum, Daniels, Aggei, Zacharie, Malachias, etc.* Non sine fructu adhuc longè erat Babyloniæ Commentaria, v. g. Sadia Hui-Gaon, Salomonis Jarchi, Aben-Ezra, Isaac Alarcene, David Jachia, Samuels filii Jude, Valerii, ex quibus maximum momentum testimonia ad Messiam speculatori haurire est, et qui omnes authenticitatem Daniels in dubium revocare nunquam tentaverunt.

## CAPUT PRIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Daniel puer cum tribus sociis in Babyloniam abductus, ibi educatur et eruditur ut regi adstet. Secundo, vers. 8, abstinet regio cibo et potu. Tertio, vers. 13, corporis formam, sapientiam et prophetiam a Deo nanciscitur. Denique, vers. 18, regibus adstet usque ad Cyram (1).*

1. Anno tertio regni Joakim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Jerusalem, et obsedit eam : 2. et tradidit Dominus in manu ejus Joakim regem Iuda, et partem vasorum domus Dei : et asportavit eis in terram Sennar in domum Dei sui, et vasa intulit in domum thesauri dei sui. 3. Et ait rex Asphenez preposito eunuchorum, ut introduceret de filiis Israel, et de semine regio et tyrranorum, 4. pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, et eruditos omni sapientia, cautos scientia, et doctos disciplina, et qui possent stare in palatio regis, ut diceret eos litteras, et linguam Chaldeorum. 5. Et constituit eis rex annorum per singulos dies de cibis suis, et de vino unde bibebat ipse, ut enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. 6. Fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda, Daniel, Ananias, Misael et Azarias. 7. Et imposuit ei prepositus eunuchorum nomina : Daniel, Baltassar; Ananiæ, Sidrach; Misael, Misach; et Azariæ, Abdenago. 8. Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus ejus : et rogavit eunuchorum prepositum ne contaminaretur. 9. Dedit autem Deus Daniel gratiam et misericordiam in conspectu principis eunuchorum. 10. Et ait princeps eunuchorum ad Danihel: Timeo ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum et potum : quis videtur vultus vestros malitiosiores praeter easter adolescentibus coevis vestris, condemnabitur caput uecum regi. 11. Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danihel, Ananiam, Misaelem et Azariam : 12. Tenta nos, obsecro, servos tuos diebus decem, et dentur nobis legumina ad vescendum, et aqua ab bibendum : 13. et contemplare vultus nostros, et vultus puerorum qui vescuntur cibo regio : et sicut videbis, facies cum servis tuis. 14. Qui, auditio sermone hujuscemodi, tentavit eos diebus decem. 15. Post dies autem decem, apparuerunt vultus eorum meliores et corpulentiores praeter omnibus pueris, qui vescerantur cibo regio. 16. Porro Malasar tollebat cibaria, et vinum potus eorum : dabatque eis legumina. 17. Pueris autem his dedit Deus scientiam et disciplinam in omni libro et sapientia : Danihel autem intelligentiam omnium visionum et somniorum. 18. Completis itaque diebus, post quos dixerat rex ut introducerentur : introduxit eos prepositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. 19. Cumque eis locutus fuisset rex, non sunt inventi tales de universis, ut Daniel, Ananias, Misael, et Azarias : et steterunt in conspectu regis. 20. Et omne verbum sapientiae et intellectus, quod sciscitatus est ab eis rex, inventus in eis decuplum, super cunctos ariolos et magos, qui erant in universo regno ejus. 21. Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis.

4. ANNO TERTIO REGNI JOAKIM. — Dices: *Jerem. xxv, 1 et sequentibus, dicitur id factum anno 4 Joakim, ergo non tertio. Respondeo: I annum regni Nabuchodonosoris inchoatum fuisse anno 3 Jo-*

(1) Pars historica hujus libri continet historiam Damelis sub rege Nabuchodonosore, i-v; sub Baltassare, v; sub Dario Medo, vi.

kim, et finitum anno 4 Joakim. Unde ea quae gestit Nabuchodonosor anno 1 regni sui, dicuntur gesta esse anno 3 anno 4 Joakim : ceperit enim expeditionem contra Judæos parare anno 3, etiam perfecte anno 4. Nota: Nabuchodonosor ter cepit et vastavit Ierusalem, scilicet primo anno 3 Joakim, cum eum cepit, tuncque pater captus et abductus est Daniel; sed cum Joa-

### COMMENTARIA IN DANIELEM PROPHETAM, CAP. I.

kim Nabuchodonosori se subderet, eisque tributum promitteret, ipse eum regno restituist, accepatis obdibus, scilicet Danieli et alii e semine regio. Ita Historia Scholastica, cap. xxxix in lib. IV Reg. Verum cum post 8 annos Joakim tributum abmeret et rebellareret, venit secundo Nabuchodonosor anno 11 regni Joakim, cumque dolo cepit, occidit, et extra urbem insepulsum avibus et feris devorandum projecit iustit. Hoc est enim sepulture asini, quam ei communatus fuerat Jeremias cap. xxxi, 19. Tuncque Nabuchodonosor pro Joakim, regem creavit filium ejus Joachim, sive Jechoniam; sed cum is pariter post tres menses vellet jugum excutere, eum cepit, et abduxit, ejusque loco substituti patrum ejus Sedeciam, qui cum 11 annos regnasset, rebellavit. Unde tunc tertio redit Nabuchodonosor, anno regni sui 18, et urbem cepit, templum succedit, Sedeciam excaecavit omnesque Iudeos abduxit, et totum Iudeorum regnum everit.

Allier respondet R. Saadias, Lyramus, Dionysius Carthusianus et Maldonatus, scilicet annum hunc 3 computandum esse ab anno 8 Joakim, esseque 11, et ultimum annum regni ejusdem: Joakim enim octo primi anni fuit tributariorum Nabuchodonosori, ideoque non tam rex fuit quam vasalus: anno vero 8 rebellavit, et se absolutum regem constituit; inde ergo annos ejus hi numerat Daniel, Favet, quod Ezechiel et Jeremias nusquam captivitatis aliquas sub Joakim, sed tantum sub Jochein sive Jechoniam meminerint, indeque suas prophetias numerent et consignent: imo, Jeremias, cap. lxx, 28, primos captivos e Judea in Babylonem traductos assit anno 7 Nabuchodonosori, qui coincidit cum anno 4 et ultimo Joakim. Ergo Nabuchodonosor nullus abduxit anno primo regni sui, qui fuit 3 vel 4 Joakim, cum ei ipse esset tributarior. Hec sententia videtur probabilis; tamen committere Eusebius et alii veteres primam captivitatem consignant anno 1 Nabuchodonosori, qui fuit 3 Joakim; hoc enim simpliciter verba Daniels hic significant: unde tunc aliqua videtur fuisse captivitas, sed paucorum, scilicet, quod Daniel et pauci alii tunc fuerint abduciti.

2. IN TERRAM SENNAAR, — in Babyloniam. Vide dicta Genes. xi, 2.

3. ET AIT REX ASPHENEZ PREPOSITO EUNUCHORUM. — Ille Josephus, Origenes, hom. 4 super Ezech., Zonaras, tom. I Alexandri, et S. Hieronymus, lib. I Contra Josinianum, putant Danihel et tres ejus socios fuisse castratos, et factos eunuchos. Hoc enim communatus erat Deus Ezechiel, Isaiae xxxix, 7: « De filiis tuis, inquit, qui exhibunt te, quos genueris tollent, et erunt eunuchi in palatio regis Babylonie. » Prisci enim reges gentiles principum filios adsciebant sibi administratos, eosque intimos; utque suruum uxorum et concubinarum integrati prospericie, quid circa eas molirentur, illos castrabant, ut etiamnam faciant reges

Sinarin, Turcarum et aliorum infidelium. Quocirca illorum prefectus vocabatur prefectus eunuchorum. Eunuchi ergo erant regibus familiares, et principes non tantum gynaecei, sed et uite, ac presides provinciarum, ducesque exercitorum apud Genites; quin et apud Constantium, Justinianum (onus exercitus dux fuit Narses eunuchus tot victoris celebris) aliquos nouissimos christianos imperatores. Quapropter tunc esse eunuchum non erat prorbum, sed honor et decus, gradusque ad primas aule dignitates. Tales itaque videtur fuisse Daniel et tres ejus socii: unde de eorum uxoribus et filiis nihil uspiam legitimus. Atque haec fuit origo plene coram castitati; iam corporis quam animi, ob quam in formae Babylonie ab igne manus ruri illae, ubi dicam cap. III. Haec etiam de causa Daniel, licet fuerit grandevus, passim tamen in vetustissimis imaginibus, qualis est illa Vaticani, quam initio libri expressi, pingitur imberbis quasi juvenis: tales enim sunt eunuchi. Hanc picturam ejus causam assignat vetustus Graecus anonymous auctor libri qui inscribitur: *Christianorum liber, expositio Octateuchi*, qui extat in Bibliotheca Vaticana citaturque a Photio in *Bibliotheca*, qui assertur eum scriptum sub Justino imperatore.

Porro ex hac eunuchorum in aulis frequentia et potentia factum est postmodum, ut quilibet audierit vocarentur eunuchi. Atque ita Lyranus, Maldonatus et alii putant Danihel: hic inter eunuchos, id est aulicos, collocari; non autem vere fuisse eunuchum, id est castratum. Idem assertur S. Epiphanius et Dorotheus in *Vita Danihelis*, qui et adiunt eum non fuisse eunuchum, sed talem existimationem ob virginalem vercundiam et castitatem: unde non mirum cum piogi imberbus quasi eunuchum. Hec sententia verior videtur, et Danihel propheta dignior: eunuchi enim apud Iudeos erant infames, et arcebantur Ecclesia, idque ex decreto Dei, *Deuter. xxviii, 4*. Quocirca Scriptura nusquam Danihel: vocat eunuchum, nec eum gyneco prefluisse, sed tantum regie educatione fuisse ad hoc ut regi assisteret, asseverat. Idipsum quoque magis commendat castitatem Daniels, utpote que non coesta fuerit, et violenta, sed voluntaria plane, et ex electione libera.

DE SEUINE REGIO. — Hinc patet Danihel et tres pueros ex Davide, Salomonie aliisque regibus Iuda esse prognatos. Josephus assertur Danihel fuisse ex cognatione Sedecie. Perperam ergo Dionysius Carthusianus assertur Danihel ex paterno genere fuisse tribus Levi, ex materno tribus Iuda: Scriptura enim paternum genus consignare solet, non maternum. Cum ergo hic Daniels genus referat ad reges Iuda, sequitur hoc ejus genus paternum fuisse.

ET TYRANNORUM. — Tyranni hic et alibi vocantur principes: hi enim non a tyrannide, sed a fortitudine et potentia olim vocabantur tyranni. Nam, ut ait Trogus Pompeius apud Justinum, ini-

tio *Historia*, primitus quoque civitas et gens, rurum publicarum imperium penes reges habebat, quos ad hujusmodi fastigium majestatis non amabilis popularis, sed spectata inter bonos moderatione provehebat; qui et tyranni ob fortitudinem dicebantur: unde *Virgilius*, VII *Eneid.*:

Pars mihi pacis erit dextram telligiss tyrannis.

*Et Horatius*, lib. III, odo XVI: « Late tyrannus, » id est late dominans, latum habens regnum. At postea « tyranni nomen, crescente malitia, cum superbe reges regnare copisset, ad illos tantum translatum est, qui non iure et quis legibus, sed vi, et quadam animi libidine dominabantur, » ait *Cicerus*, lib. IV *De Finib.* Id ita esse patet ex *Hebreo*, vel potius Chaldeo פָּתַחְנִים *parthenim*, quod principes, prefectos, provinciales significat. R. Joseph, et ex eis *Pagninus* et alii censem eos *parthenim* a Chaldeis vocatos esse a Πάτη περατ, id est Euphrate, quasi *Perathos*, id est Euphrateos, hos qui praerant locis et provinciis Euphrati adiacentibus, quasi nos vocamus *Comites Palatinos Rheni*. Quocirca Theodosius in sua versione greca retinuit nomen *Hebreum Parthenim*, vertens *Pharthonim*. Audi S. Hieronymum: « Pro ἀρχαῖς, quod Theodosius posuit, Septuaginta et Aquila *Electos* transtulierunt, Symmachus *Parbos*, pro verbo nomen gentis intelligens: quod non iuxta editionem Hebreorum quae καὶ ἄρχαιοι legitur (sic alibi scribit solitus fuisse appellari ab Hebreis secundum Aquilam editionem), in *Tyrannos* veritimus. » Hallucinatur Theodosius dum τερψινούς esse τερψίους, id est virgines.

4. PUEROS, etc., ERUDITOS OMNI SAPIENTIA. — Pro eruditis hebreis est בְּנֵי מַשְׁקִילִים *mashikilim*, quod II. *Pintus* verit, eruditiles: erant enim adhuc pueri, ideoque imperiti, sed sapientie capaces. Sie et *Vatalibus*. Erant, inquit, in pueri perspicaciis et sagaciis ingenii. Sie et *Noster Pineda*, *De Rebus Salomon*, lib. III, cap. xii, ubi duplice hunc locum explicat: primo, per antepositionem: *Et eruditos omni sapientia, etc.*, ut docerent eos litteras, et *Bogum Chaldeorum*, hoc est, inquit, ut docerent eos litteras Chaldeorum, ut sic evaderent eruditis omni sapientia. Secundo, q. d. Requirebat rex in hisce pueris praviam sagacitatem et perspicacitatem ingenii; tum etiam facundia, et scientiarum rationalium eruditio, ut sic aptiores essent ad supremam aliarum rerum sublimium et arcanaarum studia, propria Chaldeis. Chaldei enim ab astrologia et sapientia olim erant celebres.

5. Secundo, « eruditos, » id est facundos et septe loquentes, ac de qualibet materia apposite discurrentes: hoc enim fere est sapientia sicutorum.

Terzo et magis genuine, idem *Pintus*, Maldonatus et alii censem hos pueros in omnibus disciplinis fuisse excultos et eruditos. Hoc enim proprius significat *Hebreum mashikilim*, et *Grecum στέργω*, et *Latinum* « eruditos omni sapientia, canticis scientia, et doctos disciplina. » Aliud enim est

doctor, aliud doctilis: aliud est eruditus, aliud eruditibilis. Nec id minum: erant enim hi regii juvenes excellenti ingenio, ac simul studiosissimi. Hinc patet hosce pueros non fuisse pusiones, ut Danielis vocant *Epiphanus* et *Isidorus*, neque Danielis trium, ut vult vir doctor; aut decem, ut vult Pererius; sed facile videnti annorum foisse, ut docet *Maldonatus*. Unde *Septuaginta* eos vocant νεονεανίους, id est juvenes. Quis enim unquam vidit pueros trienies aut decenes, eruditos omni sapientia, scientia et disciplina?

CAUTUS SCIENTIA. — *Pintus* per sapientiam intelligent philosophiam rationalem, id est grammaticam, rhetoricas, dialecticas: per scientiam accipit physician, metaphysicam, mathematicam: per disciplinam accepti ethican, politican, economicam. Verum melius per sapientiam, cognitionem rerum sublimium et divinarum (sic enim sacra Scriptura, S. Augustinus et passim Doctores accipere solent nomen sapientiae) accipias; per scientiam, cognitionem rerum naturalium; per disciplinam, prudentiam. Unde ex *Hebreo* clare verum *Septuaginta*, οὐδέποτε διάνοιαν εἰσαγόντες τρόπον, καὶ διανοηποτες φύσιν, hoc est, intelligentes sapientiam, scientes scientiam, cognoscentes prudentiam. Pro cautos enim hebreis est γῆρας ιδεας, id est scientes. Cauti ergo idem est quod solerter et sagaces in scrutandis abditis naturae secretis et rerum causis, quales sunt physici et philosophi. Porro disciplina in Proverbis et libris sapientialibus, qui continent ethican sacram, passim significat prudentiam rerum agendarum, que proprie hebreica vocatur בְּנֵי בִּנָה, quod *Noster vers.* 20 et alibi subinde verit, intellectus. Fuerunt ergo hi pueri, id est adolescentes, theologi, philosophi et politici. Noster *Pineda*, lib. III *De Rebus Salomon*, cap. xiv, et cautos scientia, pro cautos et captiosis dialecticus positum putat, de qua *Seneca*, epist. 82: « Verba, inquit, mihi captiosa compone, et interrogatunculas necis: subula leonem expicias. »

Discant hic nostri audiri a rege gentilium, hisce omnibus disciplinis se explorite. Vera enim nobilitas non in genere, non in famulis, non in fortibus in pompa, sed in eruditis et virtute consistit, hecque sunt monilia et decora nobilium. Hinc *Philippos Maesedo*, pater *Alexandri Magni*, cum Aristoteli eruditum tradidit, eique in hac verba scriptis: « Gratias ego diis, non quia natus est mihi filius, sed quia temporibus vita tua natus est. Spero enim fore, ut a te eductus dignus existat et nobis, et tanto regno. »

Plutarchi discipulus fuit *Trajanus*, inde tanquam imperator evasit, ut posteris imperatoribus in exemplum, cum *Augustus* sit propositus, quibus illud acclamari solet: Sit *Augusto felicior*, Trajano melior.

Scipio Panetium philosphum ita audiebat, ut cum etiam secundum ea cuncta diceret.

*Augustus Caesar Athenodoro* magistro usus est;

sinoquose ex filia nepotes tam litteraris quam bellicis studiis excoli curavit, filias vero lanifico certerisque muliebris arbitris eruditiri jussit. Idem fecit *Carolus Magnus*.

Plato dicebat beatum fore orbem, si aut reges sapere, aut sapientes regere didicerint: testis est *Aristoteles* lib. II *Rhetor*. Hinc olim apud Egyptios nullus rex nisi sacerdos; nullus sacerdos nisi philosophus eligebatur.

Neque vero scientia principium tantum, sed et quorūlibet est decus. Aristoteles censuit parentes, qui liberos erudiendos curant, longe magis honorabiles esse iis qui solum gigunt: hos enim vivendi, illos etiam bene beatque vivendi auctores esse.

Aristippus naufragio in Rhodum ejectus, et ab incolis ob geometriam liberaliter habitat, suis renuntiari jussit: Liberis vestris tales opes talia nostra via viae parate, que ipsas etiam naufragium passos enatando sequantur.

S. Augustinus in *Confess.* laudat suos parentes, quod se supra vires rei familiarii Carthaginę in studiis alberunt: Mater enim mea, inquit, mulier prudentissima doctrinas ipsas ad cognoscendam sustinendam fidem catholicam magno adjuvamento fecit existimat.

Grates Thebanus dicebat: Si licet, in altissimam urbis partem ascenderem, ac clamarem: Quorsum ruitis, homines, qui totum studium in opibus corrigandis ponitis: filiorum vero vestrum, quibus illas relinquitis, erudiendorum curam non suscipitis?

Apuleius de *Deo Socratis*: Si, inquit, laudas aliquem, quia generosus est, parentes eius laudas: si lauds aliquem, quia dives est, hoc fortunae debetur: si quia validus, aegritudine fatigatur: si quia velox, in senio id abilit: si quia formosus, expecta medicum, et non erit; sed si lauds, quia boni moribus et artibus instructus est, tunc ipsum virum laudas: quia hoc bonum nec a patre hereditarium, nec a easundem pendum, nec estate mutabile, nec cum corpore caducum est.

7. ET IMPERAT EIS PREPOTUS KUNICORUM NOMINA — Chaldaici; tum quia Chaldei noblebant eos in terra sua nomina retinere *Judecum*; sed quasi iam effectus Babylonis cives et amicos regis, volebant eos Babyloniam habere nomina, inquit S. Hieronymus, tum ut Hebrei pueri cum Chaldaeo nomine Chaldaeum animum et mores induerunt. Sie et Pharaon Josephus vocavit *Egyptio* nomine *sephanat phave*, id est salvator mundi, *Genes.* cap. xli, 43. Sie et Romani nomen mutauit extero quem urbe donabant. Sie Deus Gave et Abraham, atque Christus Cepheus nomen mutavit, vocans eum Petrum. Unde et Cardinales facti Pontifices nomen mutant. Tradit *Platina* primum Pontificem qui nomen mutavit, fuisse *Sergium II* eo quod prius ejus nomen indecorum esset, vocareturque *Os porci*. Verius censet *Baronius* Pontificem primum, qui nomen

mutavit, fuisse *Sergium III*, qui prius Petrus dicebatur: idque ad reverentiam primi Pontificis, scilicet S. Petri: unde post eum nullus Pontifex vocatus est Petrus. Ita Gentiles adulti in baptismō gentilium nomen deponunt, et christianam assumunt, puta sancti aliquis, quem invocent et imitentur.

Quia de causa Daniel Stylii nostri Danielis non accepit, ut dixi in *Proemio*: et quinque illi martyres Egyptii sub Diocletiano, quorum agon et triumphus celebrantur in *Vita S. Pompilius martyris*, que exstat apud Eusebium libro VIII *historie*, cap. xxi, qui a gentilismo conversi ad christianismum, abdicatis prioribus gentilium nominibus, nostrorum Prophetarum nomina assumpserunt, vocatique sunt *Isaia*, *Jeremias*, *Samuel*, *Elias*, *Daniel*; ac simul coelestem eorum mentem, vitam et mortem induerunt. Quocirca Cesarei capti professisque se christianos, regali quænam eorum esse patria, respondit primus pro omnibus: « Ierusalem celestis: » illam intelligens de qua dixit *Paulus Galat.* iv, 26: « Quæ sursum est Ierusalem, libera est, que est mater nostra. » Et: « Accessisti ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Ierusalem cœlestis. » Inservit preside Firmilanus: « Que et ubinam est illa civitas? respondit: « Ea christianorum est patria: nulli enim alii preter ipsos ejus sunt participes. Sit autem ad Orientem, et ad ipsam lucem et solem. » Cumque preses aliam vocem ac eo extorquere non posset tormentis acerrimis, utpote que martyris fortius susinebat quasi nihil sentiens, imo quasi carnis expers et incorporus; cum cum sociis securi percussum, in coelestem illam Ierusalem laureatum ad Danieliem exterritosque prophetas transmitst. Horum diem natale recolit Ecclesia 16 februaril. Ita, ut alios taceant, nostri Danielis nomen accepit D. Daniel Ordinis S. Francisci, minister provincie Calabrie, vir mire sanctitatis, immo martyr, qui cum sex Fratribus sui Ordinis, ad Saracenos Septam profectus Evangelii et martyris causa, ab eis comprehensus ad mortem damnatus, fratres suos ad martyrium exhortans, aiebat: « Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes. Adsum enim angeli, eccli jamna nobis patet: et hoc ipsi die pariter accipiemus martyris coronam in coelis paradise. » Et ad judicem conversus instar nostri Danielis: « O inveterate! ait, diem malorum, convertere a Mahometate ad Christianum. » Quocirca cum sociis capite plexus, gloriosum obitum martyrum anni Domini 1221, die 8 octobris, quinquennio antequam et vice decederet S. Franciscus, quem cum sociis canonizavit Leo X, anno Christi 1459. Ita habet ejus Vita.

DANIEL BALTISSAR. A filio Nabychodonosoris Balsasar, Daniel dictus videtur Baltassar, quasi dicas, Baal vel Beli oculus thesa iurus, puta Beli sapientia. Ita *Maldonatus*. Ubi ne/a : Daniel non omnino idem nomen habuit quod filius regis:

hie enim dictus est *Balsasar*, ut patet ex Chaldeo et Latinis Plantinianis (quare nimirum est Septuaginta et Romana Latina eum vocare Baltassar); Daniel vero dictus est *Baltassar*, vel, ut chaldaice est, *Belletasar*, addita littera *tet*; de qua re plura cap. iv, 5. Syriaca versio habet, *Biltesios*, id est idolum Bil sive Bel.

**ANANIE SIDRACH.** — Hebraicae *Ananies*, idem est quod nubes, vel protecito Domini; *Misael*, quis postulans, vel quis postulatus, vel abstinentius; *Azarias*, adiutor Dei. Chaldaice *Sidrach*, idem est quod mammilla tenera, vel predepredatio delicata, vel missus tuus; *Misach*, prolongans vel atrahens, vel aquas vallass et sepiens; *Abdenago*, servus claritatis, vel servus anxius. Magis apposite et genuina Scholia Syriaca, quae Roma existant in Biblioteca Vaticana et Medicea, huc nomina ex lingua Syrochaldacea sive explicant: *Sidrach*, id est missili, quia huc illuc ad negotia mittebatur; *Misach*, id est mensa terra, vel agri. *Abdenago*, id est servus qui ingreditur et egreditur coram rego, id est cubicularius et infimus regi. Aut, ut alii explicit, precepitus modus cogendi, vel ciborum praecipitorum regis. Unde quis colligat haec tria officia in aula regis eis data vel destinata, ac inter eos distributa, atque ex eo officio cuique nomina indutum fuisse.

**8. PROPOSITUS (CAVERE) NE POLLUERETUR DE MENS REGIS.** — Tam quia rex ethnicius carnem porcinam, et alia lege Mosis vetita comedebat, quod Daniel et Iudeos polluerunt; tam quia delicia regie, et copia ciborum et vinorum, ad intemperiam et gulam ac venerum aliquicui, per canque mentem et corpus polluant; tam quia Judei religiosiores mensas Gentilium vitabant; tam denique, quod sepe cibi hi regi Belo, et aliis ejus idolis jama erant oblati, aut eorum nomine benedicti: quod Judei exsecrabantur. Blasphemati ergo hic Calvinus, dum ridet Danielis abstinentiam, ejusque metum pollutionis, quasi puerilem, illamque ejus superstitionem et zelo indiscreto ascribit.

**10. CONDEMNABITIS CAPUT MEUM REGI.** — Vestra petitio, abstinentia et macies occasio erit, ut rex meum caput petat, condemnemt et amputet, eo quod contra eum iussum vos abstinebat et macrescer permisit. Unde Scholastes Graecus  $\tau\delta$  condemnat explicat per condemnari facias.

**12. DENTUR NOBIS LEGUMINA AD VESCENDUM, ET AQUA AD EBENDUM.** — Duas ob causas legumina et aquam petunt. *Primo*, ne Malas impensis in novis cibis coemendis facilius pretendere possit. *Secundo*, ob religionem jejuni, quo veteres sancti carne et vino abstinebant, atque leguminibus et oleo utebantur, ut patet cap. x, 3. Daniel his suam in Deum fiduciam ostendit: sciebat enim naturaliter fieri non posse, ut ex leguminibus et aqua aquae ex cibis et vino pingueaserent.

**14. TENTAVIT.** — Scholastes, *ἰδεῖσθαι*, id est probavit. Sic et vers. 12, pro tenta verit, *ἰδεῖσθαι*,

id est proba. Tentatio enim haec fuit probatio, sive experimentum.

**15. APPARENTUR VULTUS FORUM MELORES ET CORPULENTIORES.** — Hebraice *אֲנָשִׁים בְּרִיאִים*, id est *pinguiores*; Septuaginta, *τερπζαὶ τεῖς οὐραῖς*, id est *fotes carnibus*. Quare, quod Epiphanius in Vita Daniels, ait, eum aspectu fuisse aridissimum, ac nativo squalore obstitum, sed gracie pulchritudine per quam similem, hoc de estate ejus grandiori aequali debet, cum ipse jejunus et laboribus nimis succum corporis exhaustus, ut patet Daniel. ix, 3, et cap. x, 3. Haec sanitas, pinguedo et decor non tam naturalis, quam supernaturalis fuit, tam quia legumina et aqua saniores quidam facere poterant, sed non pinguiores; tam quia fuit hoc primum abstinentiae, cuius ut et castitatis, merito divinitus sapientiam tantum sunt adepti, ut eiusdem merito Judith cap. x, 4, fortissimam, et Samson fortitudinem est adeptus, *Judic.* xiii, 5. Naturaliter tamen haec quoque fuit abstinentia. Unde nota, sanitatem et longevitatem non tam ciborum copia, quam temperantia procurari. Haec enim foveat et nutrit humidum radicale, sequitur ac calorem naturalem, quem temperantia obruit et suffocat: præservit, si accedit *primo*, moderatum exercitium. Hinc « Cyrus nunquam prandebat, nisi sudasset», ait Xenophon. Idem faciunt nonnulli Indorum reguli, qui prondea ita vegeti et integrè ad multam asternit perdurant, ut sum sunt 70 annorum, tantum videantur esse 30. *Secondo*, animi tranquillitas et curarum vacuitas. *Tertio*, mentis letitiae et hilaritas. Audi Scholam Salernitanam:

Si tibi defuerint medici, medici tibi fiant  
Mens hilaris, requies (*somnis*) facilis, moderata dieta.

Vide Lessium in eruditio, *aqae ac pio*, hac de re libello.

**Nota secunda:** Temperantia et abstinentia plurimum prodest. *Primo*, sanitati: consumit enim noxiuos humores, spiritusque vitales purificat et excusat. *Secondo*, castitati et virtuti: subtrahit enim nimium sanguinem, succum et spiritus, qui venerem, iram aliasque passiones foveat et suscitant. *Tertio*, sapientia. De quo plura vers. 17.

**17. PUERI AUTEM HIS DEBIT DEUS SCIENTIAM, ET DISCIPLINAM IN OMNI LIBRO.** — Symmachus verit: *Dedit eis Deus artem grammaticam: melius Theodosion: Dedit eis Deus prudentiam in omni re grammatica, sive in omni litteratura, ut scilicet litteras et libros (hi enim hebreica vocantur *תְּבִיבָה* sepher, et Graeca *τεξτός*), non tantum Hebreos, sed et Chaldeos, et quousvis aliis legerem, intelligere et explicare possent.*

**Nota:** Sobrietas naturaliter confert ad scientiam, tam quia sanitatem tuerit, et vitam prolongat; tam quia caput facit serenum, spiritusque animalis facit liberos ac puros, aptosque ad spculandum et meditandum; tam quia anima (que una est in homine, eademque simul est vegeta-

tria, sensitiva et rationalis) limitata est virtutis et activitatis, ideoque quo minus occupatur cibo, cibique concoctione, digestione et egestione, eo magis intendere potest et solet studio et contemplationi, in eamque totam vim suam exercere. Hinc Salomon, *Eccles.* ii, 3: « *οὐαὶ τοῖς πεινάτοις* », id est *coquitos*, inquit, in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferre ad sapientiam, devitare quecumque stultitiam; » et Isaías cap. xxviii : « *Quem debet scientiam, et quem intelligere faciet auditum?* » ablatacos a lacte, avulsum ab uberibus. »

Haec homines ante diluvium carne et vino abstinentes, herbisque et fructibus vicitantes, fuerunt longevi et sapientes; vixerunt enim ad 900 annos.

Haec Nazarei et Rechabite, a sapientia, aequa ac abstinentia, commendantur.

Haec Moses et Elias jejuni 40 dierum sapientiam et visionem vel meruerunt.

Haec Judith, Ester, Machabeoi sapientiam illum et fortitudinem, quia Halofernem, Aman et Antiochum prostraverunt, jejuno adepti sunt.

Haec Joannes Baptista abstinentia quasi Angelus evasit.

Haec Paulus primus eremita, Antonius, Hilarius, et tot anachoretarum ac monachorum examina, vitam, quasi angeli quidam terrestres, in abstinentia, contemplatione et sapientia longevitatem duxerunt, vixerintque centena et amplius annos.

Haec cenobitis olim, teste S. Hieronymo, perpetuo ieiunabunt, aquam bibentes, et solum panem cum leguminibus et cibis manducantes.

Egregio S. Augustino, lib. X Confess. cap. xxxii: « *Hoc, alii, me docuisti, Domine, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumptus accedam.* »

S. Ambrosius Marcellino *oratori*, et socius eius virginibus hanc legem figit, lib. III *De Virginibus*: « *Potus (stil) ex fonte, fucus in preece, somnum in codice.* »

S. Bernardus, in serm. 66 in Cant.: « *Abstine, sit, a vino, quia in vino luxuria est: aut si inflatus sum, modico vino, iuxta consilium Pauli. Absinio a cibis, ne, dum nimis nutritum earum, simus et carnis nutriti via. Panem ipsum cum mensura stadebo sumere, ne operato venire, stare ad orandum tardet; et ne impropperet otium mihi Propheta, quia panem meum comedeler in saturitate; sed ne simplici quidem aqua ingurgitare me assuescam, ne distensio ventris usque ad fistillationem pertingat libidinis.* »

Ideam ab Robertum nepotem: « *Prudenter sobrique que conversanti satis ad omne condimentum sal cum tame.* »

Ideam in *Formula honest. vita*: « *Sicut ad crumenam, sic accedas ad cibum; id est, nunquam voluptate, sed necessitate pascaris; et fames, non rapaciam, provocet appetitum.* »

Ideam *De modo bene vivendi*, cap. xxix: « *Non*

nutras carnem tuam vermis; ita manduca, ut semper esurias. »

S. Catharina Scenensis ad almentum quasi ad tormentum accedebat, vocata ad mensam dicebat: « *Eamus et sumamus de peccatrice vindictam;* » cum ingenti enim dolore cibum sumbat, quem mox cogebatur rojicere.

S. Carolus Borromeus dicebat, non tantum futilandas esse delicias et voluptates, sed et perseverandas et eneendas quasi capitales animae hostes. Quocirca ipse mira fuit abstinentia, ut tandem solo pane et aqua viveret. Sensim enim a parvis ad magna condescendo pervertit; docebatque hac ratione facile ad summam ejusdem virtutis perfingi, nimis practicando haec duo principia: *primum*, ut a parvis incipiendo, eamque sensim augendo semper proficias et crescias; *secundum*, ut in ea non languescas, sed constanter relimes quod semel oblinuisti, et in eo pergas. Haec ipse, *primo carne, deinde ovis, postea lacte abstinenus*, tandem solo pane et aqua contentus fuit. Idem fecit in aliis virtutibus.

Denique Sanctus ille apud Socratem, lib. IV *Histor.* cap. xviii: « *Aridior, inquit, tenuiorque vietus raro, eaque semper equabiliter observata, modo cum charitate jungatur, christianos brevi ad portum ἀπέβασι, id est vacuitatis ab omnibus animi perturbationibus, perducet.* » Addit S. Hieronymus scribens contra Iovianum ob jejuniu consortium Mosen et Eliam apparuisse cum Christo in monte transfigurato, et ob jejuniuum tres pueros in fornicis Babylonia manisse illatos, et Danieli fuisse revelata mysteria, eumque in laetum leonum mansisse intactum.

Audi et Gentiles ac Judeos. Tradit Xenophon, antiquos Persas ad panem nihil nisi nasturium adhibili solitos: hinc apud eos turpe habitum spure, tanquam crapule nota. Mucus siquidem et saliva replensionis indices sunt et signa: replatio enim est, que distillationes part, at Hippocrates lib. III *De Dieta*. Quocirca Persae spati maternam exercito, et abstinenti frugaliter vita consumi volebant. Hinc et Plato, lib. III *De Republica* docet tempore Homerii catharrum non fuisse cognitum, sed primo etatis sua immobilitate, cum non semel, ut olim, sed bis in die comedere, imo comedessari cuperent homines. Porro tunc Persae ita frugales sapientia et virtute bellica floruerunt, orbisque imperium tenuerunt per ducentos annos, scilicet Cyro ad Durium, qui per delicias et vita imperium cum vita perdidit. Exstat apud Xenophontem, lib. Ilaurea Cyri sententia. Cum enim Astyages rex Medorum, Cyro nepoti ex filia Mandane, lautum regiumque epithum instrueret, dicaret: « *Nonna haec cora melior ibi videtur Persica?* » respondit Cyrus: « *Negram, ave, sed est multo simplicior et direcior via apud nos ad cibi satietatem, quam apud vos. Nam ad hanc deducit nos panis et caro. At vos eodem quidem, quo nos, tenditis; per multas* »

verò ambages sursum deorsum vagantes, vix pervenitis eo, quo nos dudum perreneramus.

Cheeredemus Stoicos tradit, et ex Pererius, priscos Egyptiorum sacerdos carne, vino, ovi et lactic semper abstinuisse: idque ut purius intentus et acris divinis rebus vacareant, ardoremque libidinis restinguereat: atque hi Egypti fuerunt sapientes et astrologi.

Esseni vino et carne sibi interfiebant, totique oratione et studio sacrum Litterarum vacabant, de quibus mira narravit Josephus, Philo et Plinius: quinimo Porphyrius, in lib. De Abstinentia ab esse animalium, asserit plorosque ex eis divino afflato spirito vates existisset.

Eubulus reffet, apud Pessas tria fuisse Magorum genera, quorum primum (qui maxime sapientes et eloquentes existimabatur) prater facinam et olera nihil esibatur.

Bardesanes Babylonius tradit Iudorum gynocophilas solis arborum pomis, oriza et farina vivere.

Euripides in Creta Jovis vates carne et coctis omnibus abstinevit.

Socrates virtutis studiosos hortabatur, ut abstinentiam coleant, et delicias veluti Sirenes respuerant. Idem rogatus qua re ab aliis hominibus differret, at: «Ali vivunt ut edant; ego vero ut vivam.» Eiusdem est haec sententia apud Xenopontem, lib. I De Dicit et facit Socratis: «Videris, o Autipho! felicitatem delitos et divitiae metiri; ego autem nullus quidem rebus indigeno, divinum; minimis vero, illorum esse dico, qui quam proximi superis sint: et divina quidam opinio omnibus; qui vero dicit appropinquant, proximos optimo existere.»

Iouis Asynus, teste Philostrato, interrogatus quemnam essent epule suavissime, respondit: «Ista curare desii.»

Xenocrates tria tantum praecipta in templo Eleusina mancissi dixit, scilicet, primo, venerandos esse deos; secundo, honordanos esse parentes; tertio, abstinentendum esse a canibus. Ituensis milis est ternarius Plutarchi, lib. De Iactione militis: Tria, at, sunt saluberrima: primo, vesci certi saturitatem; secundo, non refugera laborem; tertio, naturae senem conservare: puta sobrietatem, exercitum, et castitas. Aureum hoc est tuende sanitatis dogma.

Plinius at, «vnum esse clementiam homini;» et Seneca at, «ebrietatem esse voluntariam insaniendum.»

Epicurus, licet voluptatis patronus, asserit ad jucundum et suaviter vivendum, tanacitatem victimus conferre plurimum; et in epistolis suis testatur se aqua tantum et pane vesci solitum.

Seneca, epist. 109, scribit a animalibus et ea carnium absinere, ob rationes et exemplum Sextii et Pythagoras. Raftones Sextii erant, pene, «quod homini satis alimentorum si citra sanguinem; et crudelitatis consuetudo fiat, ubi in voluptatem ad-

ducitur laceratio.» Secunda, «quod contrahenda sit materia luxuriae.» Tertia, «quod valetudini contraria sunt almenta varia, et nostris aliena corporibus.» Quarta, «quod carnes sint alimenta leonum et vulturum.» Quinta Pythagoras erat, quod censeret animas hominum in alia et alia corpora, etiam animalium, transmigrare. «Itaque hominibus parricidi metum fecit, cum possint in parentis animam incisi incurrire, et ferro mortuus violare, in quo cognatus aliquis spiritus hospitetur.» Unde Pythagoras de sue animis transmigratione ita consulit:

Aethiopis fuerant qui priso tempore primum;  
Trojano bello postea Pantibodes;  
Mox Hieromotius, post Pyrrhus; denique magno  
Pythagoras, Samii gloria magna soli.

Pythagoram secutus Empedocles ita de se canit:

Olio namque fui cespugno, puerque, pollaque,

Et volucris colpi, atque alii maris incola pisci.

De abstinentia Pythagore, Antisthenis, Diogenis, Apollonii Tyanei multa habent Laertius, Plutarcho et Philostratus. Plura vide apud S. Hieronymum, lib. I Contra Iovinianum, et Plutarchum in dubius orationibus de Esu carnium.

DANIEL AUTEM (dedit Deus) INTELLIGENTIAM OMNIS VISIONUM. — Ille patet haec sapientiam Danielis et sociorum eius, potius supernaturalem quam naturalem fuisse; tum quia Deus distinxit illis eam in dulitate quasi speciale premium temperante; tum quia eis induit fuit scientia in omni libro, id est omni scientia, ut hic dicitur; adeo cap. II, 30, in Daniele distinxit fuisse sapientia major, quam in illo mortalium, canique triennali non tam studio, quam abstinentia, pietate et oratione adaptius est, ut colligatur ex vers. 5; tum qui Danieli a Deo induita fuit prophetia et scientia interpretandi sonnia: hec autem supernaturalis est, neque est habitus permanens, sed illuminatio acta a Deo, certis temporibus quibus Daniel prophetaebat, vel sonnia explicabat, ei immissa.

Nota: Hoc premium congruum est; decet enim, teste S. Gregorio, lib. XXX Moral. xviii, ut qui carnalia respunt, sapientia spiritualia, utque qui jejunant ventre, pascantur in mente. Vis ergo dolecatrices harüe mentales et colestes, despice terrenas et hrustales, sentiesque illud S. Bernardi esse verissimum: «Gustato spiritu, despit omnis caro.» Sic vatem gentilem quasi omnism et pannam celebrat gentilis propheta, sed superstitione:

Trojanum interpres fivum, qui nomina Phobi  
Qui tripoda, Clari lunos, qui sidera sentis,  
Et vulcanum linguis, et præpetis omnia penas.

ET SONNIORUM, — a Deo immissoorum, de somnis et divinatione vide dicta Genes. xl et xli, et Pererium hic.

20. SUPER CUNCTOS ARIOLOS ET MAGOS. — Quinam hi fuerint dicam cap. II, 2.

21. FUIT AUTEM DANIEL USQUE AD ANNUM PRIMUM CERI REGIS, — q. d. Fuit Daniel in magna apud omnes reges Babylonis gloria et auctoritate; vixit in sua regis, Nabuchodonosor ejusque posteris, ac Balsaezi, charus et familiaris; idque constanter et semper, donec Balsasar a Cyro et regno et vita spoliatus est, a Daniel, inquit S. Hieronymus, usque ad primum annum Cyri, qui Chaldeorum destruxit imperium, potius fuit in Chaldea: postea vero a Dario in Medos translatus est. In et Theodoretus. Perperam ergo Calvinus sic exponit: «fuit,» id est prophetae, Daniel usque ad primum annum Cyri; nam et 3 anno Cyri prophetae, ut patet cap. x, 4.

Secundo, usque ad annum primum Cyri, aliud hic latens inuit: nimurum, predixerat Isaías cap. XLIV, 28, et cap. XLV, 1, Iudeos per Cyrum et Babylonie liberandos: significat ergo his Daniel se tempus illud ab Isaiā predictum vidisse, non quod plus non vixerit, sed quod eo usque vivirit, ut toto captivitate tempore Iudeos et ancordinates juaret, et vaticiniis consolaretur. *ta Maldonata 1).*

(1) Diutius Danieliem vitam produxit, patet inde quod infra cap. x, tertio Cyri anno ex visionem chilicis legimus. Hic igitur annis hic sumit: ut singulariter celestis per solitonem Babylonie captivitatis. Alii ut eundem annum ac tectionem Cyri, cap. x, 1, accipiunt, corollice sensu, quod Cyrus et Darius Medus junctis copia una Babylonem expugnauit, similius regnaret, donec iuncto elabente anno, Cyrus, mortuus Darii, solus rex evasit.

## CAPUT SECUNDUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Videt Nabuchodonosor in somni statuca portendente quatuor imperia mundi, quae a lapide de monte abducentur, il est a Christo, contrita est. Somnium hoc solus enarrare potuit Daniel, vers. 19. Unde a rege et Chaldeis honoratur, tolisque Babyloniam proficiunt, vers. 46.

1. In anno secundo regni Nabuchodonosor, videt Nabuchodonosor somnium, et conterritus est spiritus ejus, et somnium ejus fugit ab eo. 2. Praecepit autem rex, ut convocarentur arioli, et magi, et malefici, et Chaldei, ut indicarent regi sonnia sua: qui cum venissent, steterunt coram rege. 3. Et dixit ad eos rex: Vidi somnium; et mente confusus ignoravi quid viderim. 4. Responderuntque Chaldei regi syriacae: Rex in semipertuum vive: die somnium servis tuis, et interpretationem ejus indicabimus. 5. Et respondens rex, ait Chaldeis: Scorno recessit a me: nisi indicaveritis mihi somnium, et conjecturam ejus, peribitis vos, et domus vestra publicabuntur. 6. Si autem somnium, et conjecturam ejus narraveritis, premia, et dona, et honorem multum accipietis a me: somnium igitur, et interpretationem ejus indicate mihi. 7. Responderunt secundo, atque dixerunt: Rex somnium dicat servis suis, et interpretationem illius indicabimus. 8. Respondit rex, et ait: Certe novi quod tempus redimitis, scientes quod recesserit a me sermo. 9. Si ergo somnium non indicaveritis mihi, una est de vobis sententia, quod interpretationem quoque fallacem, et deceptione plenam composueritis, ut loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, ut sciam quod interpretationem quoque ejus veram loquamio. 10. Respondentes ergo Chaldei coram rege, dixerunt: Non est homo super terram qui sermonem tuum, rex, possit implere: sed neque regum quisquam magus et potens verbum hujuscemodi sciiscitur ab omni ariolo, et mago, et Chaldeo. 11. Sermo enim, quem tu queris, rex, gravis est: nec repertetur quisquam, qui indicit illum in conspectu regis: exceptis diis, quoram non est cum hominibus conversatio. 12. Quo auditio, rex in furore et in ira magna præcepit, ut periret omnes sapientes Babylonis. 13. Et egressi sententia, sapientes interficiebantur: quærebanturque Daniel et socii ejus, ut perirent. 14. Tunc Daniel requisivit de lege atque sententia ab Arioch principe militiae regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. 15. Et interrogavit eum, qui a rege protestat accepert, quam ob causam tam crudelis sententia a facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli, 16. Daniel ingressus rogavit regem, ut tem-